AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 126v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



siue non possit. Hec igitur
tria corpus quod uidetur
et ipsa uisio que utrumque
coniungit intentio. mani
festa sunt ad dignoscendum.
Non solum propter propria sin
gulorum. uerum etiam propter
differentiam naturarum. Atque
in his cum sensus non procedat
ex corpore illo quod uidetur
sed ex corpore sentientis ani
mantis cui anima suo quo
dam modo miro contem
peratur. tamen ex corpore
quod uidetur gignitur
uisio. Id est sensus ipse for
matur. ut iam non tantum
sensus informatus sit. quem
uisio uocatur. Gignitur
ex re uisibili uisio. sed non
ex sola. nisi adsit. et uidens.
quo certa ex uisibili. et ui
dente gignitur uisio. Ita
sane. ut ex uidente sit sensus
oculorum et aspicientis
atque intuentis. intentio
illa tamen informatio
sensus que uisio dicitur.
a solo imprimitur corpore
quod uidetur. id est a re
aliqua ui sibi qua detrac
ta nulla remanet. For
ma que inerat sensui.

dum ad esset illud quod uide
batur. Sensus tamen ipse
qui erat et prius quam aliquid
sentiretur uelud in aqua
uestigium. tam diu est do
nec ipsum corpus quod
imprimitur inest. Quo
ablato nullum erit quod
remaneat. aqua que erat
et antequam illam formam
corporis caperet. Ideoque
non possumus quidem
dicere quod sensum gignat.
Res uisibilis gignit. tamen formam
ueluti similitudinem suam que sit in usu cum aliquid uidendo
sentimus. Sed formam corporis quo uidemus. et formam que ab illa in
sensu uidentis sit per eundem
sensum non discernimus.
Quoniam tanta coniunctio est.
ut non poterat locus di
scernendi. sed ratione
colligimus. Nequa
quam nos potuisse senti
re. nisi fieret in sensu nostro
aliqua similitudo conspecti
corporis. Neque enim cum anu
lus cere imprimitur. Ideo
nulla imago facta est. quia
non discerni nisi cum fuerit
separata. Sed quoniam post
ceram separata manet quod
factum est ut uideri possit.
Propterea facile persuadetur